

originate qle in hac una in dem.

pat. s. no rotat p fia in m



XXIX.

DISPUTATIO JURIDICA

De

TESTAMENTI

accessoriis, legatis, & fideicom-
missis particularibus,

Quam

DEO VOLENTE

Præside

Dn. LEOPOLDO HACHELMANNO

J. U. D. & Facultatis Juridicae

Ordinario, &c.

In Collegio Ictorum ad diem 5 Maij publi-
co examini submitto,

FRANCISCUS A TROTTA,

Eq. Misn.

☞ (o) ☞



TYPIS LAMBERGIANIS,

Excudebat Johan Glück/

M. DC. XIV.

Viro admodum Reverendo, Magnifico, Strenuo, & verâ generis nobilitate variarumq; rerum usu Nobilissimo

Dn. CHRISTOPHORO ab Hunefe / Ecclesiæ Cathedralis Magdenburgensis Canonico primario & Thesaurario, &c.

Ut &

Viris Magnificis, Strenuis ac Nobilissimis eruditione & experientiâ singulari præstantissimis

Dn. WOLFGANGO à Breitenbauch / hereditario in S. Ulrich / Brandenstein vnd Steibentz / etc.

Dn. JOANNI à Breitenbauch in Ranitz, &c. fratribus germanis.

Dn. GEORGIO RUDOLPHO von Trotta / etc.

Dn. Mœcenatibus affini, avunculis fratri ac Patronis ætatem summè honorandis.

Hanc disputationem juridicam in verum vera ac debita observantia ac amoris argumentum studiorumq; quale, quale testimonium inscribo ac voveo.

Franciscus à Trotta,
Resp.

THESES I.



Legatum ut Sacratissimus Imperator Justinianus definit, est donatio quedam à defuncto relicta ab herede præstanda. *in pr. J. de legat. l. 36. ff. de legat. l. 116. ff. de legat. l. 1.* Quæ definitio sat proba est, nec verba ejus finalia ceu supposititia quomodo Doctores vulgo faciunt ex ea extirpamus.

II.

Legamus autem quatuor modis per vindicationem; per damnationem; sinendi modo & per præceptionem. Per vindicationem his verbis; do, lego, capito, sumito, sive habeto. Per damnationem his verbis; heres meus damnas esto, dare, dato, facito, heredem meum dare jubeo. Sinendi modo his verbis; heres meus damnas esto sinere Lucium Titium sumere illam rem, sibiq; habere. Per præceptionem deniq; hoc modo: Lucius Titius illam rem præcipito. *Vlp. in fragm. tit. 24. de legat. Paul. 3. sent. c. 6. Cajus l. 2. tit. 5. 1. J. de b. tit.*

III.

Et quamvis omnibus legatis hodie sit una & eadem natura, non parum tamen interest novisse has differentias ad responsa Ictorum quæ in Digestis extant intelligenda. *J. § 1. J. de legat. l. in legato 21. C. de legat. l. 1. l. 2. C. com. de legat. l. 15. l. 261. C. de test.*

IV.

Sunt autem legata exæquata fidei commissis, ita ut omnia, quæ naturaliter illis insunt his etiam adherere intelligantur: Et contra, quicquid fidei committitur, le-

gatum quoq; esse censeatur. § 3. *J. de legat. ibi omnia legata l. 2. C. com. de legat.*

V.

Quæ exæquatio, non ex responsis prudentum, ut multi putant, neq; anteriorum Imperatorum constitutionibus, sed legislatione Justinianea est inducta. *d. l. 2. C. com. de legat. §. 3. J. de legat.*

V I.

Quod si tamen dixeris etiam post Justiniani constitutionem specificam differentiam inter legata & fidei commissa, salvam remansisse, non erraveris. *d. l. 2. C. com. d. §. 3. J. de legat. & arg. tot. tit. de legat. & fidei.*

V I I.

Exæquatio verò illa non ad universalia fidei commissa, ut alii perperam docuerunt, sed ad singularia, ut verior habet Dd. sententia, tantum pertinet. *l. 1. ff. de legat. 2. facit buc l. 1. ff. ad Sc. Trebell.*

V I I I.

Legata porrò & fidei commissa relinquere tantum possunt, quibus testamenti condendi jus est. *l. 2. ff. de legat. 1. l. 1. in fin. pr. ibi quia nec testari potest: de legat. 3. l. 6. § 3. de jur. Codicill. Vlp. in frag. tit. 25. § 3.*

I X.

Rectè autem ab illis relinquitur, ad quos post mortem testatoris aliquid perventurum est, vel dum datur, vel dum non adimitur. Ab iis igitur, qui nihil acceperunt, nihil quoq; relinqui potest. *l. 1. § pen. ff. de legat. 3. l. ab eo 9. C. de fidei commiss. l. sed et si 6. § 1. de legat. 3. arg. l. à patre ff. 10. l. 70. § 1. de legat. 2.*

Accipe-

X.

Accipere possunt legata quibus cum testamenti factio passiva est. § 24. *J. b. t. § in extremis 4. vs. testamenti autem J. de ber. qualit. & different. l. si servo 101. § 1. de legat. 1.* Hodie etiam personæ incertæ, si modo ex eventu certificentur. § 25. *J. de legat. l. quidam relegatus 5. ff. de rebus dubiis. posthumus alienus § 27. J. b. t. testes in testamento adhibiti. § legatariis 11. J. de testam. ordinand. l. 20. ff. qui test. facere poss. l. 14 ff. de rebus dubiis.*

X I.

Illud nihil interest, persona singularis sit, cui legatur, an corpus, vel aliud quodlibet licitum collegium. *l. 12. C. de ber. instit. l. 122. de legat. 1. l. 117. ff. eo. l. civibus 2. de reb. dub. l. 73. § 1. de legat. 1. l. 20. ff. eo. l. 26. ad SC. Trebell. l. 21. quibus modis ususfr. amitt.* Indefinitè tamen civibus relictum civitati, non singulis civibus relictum videtur. *d. l. 2. ff. de reb. dub.* quamvis in administratore paulo aliter sit constitutum. Hic enim distinctionis ope res dirimenda est: aut ab extraneo legatum proponitur, aut à necessitudine juncto: Priori casu civitati debetur: Posteriori verò personæ contemplatione relictum censetur. Quod & de Episcopo & de Ecclesia Jure Pontificio cautum legimus. *c. requisivisti extra de test.*

X II.

Sanè error nominis legatum non vitiat, si de persona, cui legatur constet: Si tamen designatio nominis non satis fungatur vice nominis, aliud dicendum est. *l. duo sunt Titii 30. de test. tut. l. in tempus 62. § 1. de ber. instit. l. certum est 6. in fin. ibi quatenus. § 39 J. b. t. l. si nomine 4. C. de test. l. 7. C. b. t.*

A 3

Quia

XIII.

Quia verò non rarò evenit, ut duobus vel pluribus eadem res ab eodem testatore, sive disjunctim, sive conjunctim, in eodem testamento relinquatur, qui si non concurrant, fit ut accrescendi jus locum inveniat. *l. 63. l. 17. § 1. ff. d. ber. instit. l. re conjuncti ff. de leg. 3. § sed si ead. J. b. t. l. 142. de V. S. l. vn. C. de caduc. tollend.*

XIV.

Est autem jus accrescendi (cui in successionebus duntaxat, non item in contractibus locum damus *arg. l. si mihi & Titio 110. ff. de v. o. l. vn. C. de Cad. tollend.*) jus, quo pars vacans cedit parti occupatæ *l. vn. § bis ita C. de cad. tollend. l. quoties 1. § interdum 3. l. idem Neratius 3. in pr. ff. de usufr. accresc. § sed si eadem J. b. t.*

XV.

Eiq; in omni conjunctione, sive realis sit, ut primo fundum Tusculanum do lego, secundo fundum Tusculanum do lego; *l. 89. ff. de legat. 3. l. triplici de V. S. l. vn. § ubi autem § si vero non omnes C. d. ead. toll. § sed si ead. J. b. t. l. 1. § 3. ff. de usufr. accresc. sive verbalis, ut primo & secundo ex æquis partibus fundum Tusculanum do lego: l. 89. ff. de legat. 3. l. triplici ff. de V. S. d. l. vn. § bis ita 10. § ubi autem C. de cad. toll. l. 16. in fine de legat. 1. sive deniq; mixta, ut primo & secundo fundum Tusculanum do lego, quamvis magni Icti variè contradicant, locum relinquimus. *d. l. un. § bis ita C. de cad. toll. § 8. instit. b. t. l. 1. l. 3. in pr. ff. de usufr. accresc. l. conjunctim 80. l. 89. v. presertim mag. ff. de legat. 3.**

XVI.

Legari possunt res omnes, tam heredis & communes, quam propriæ mobiles & immobiles *§ non solum J. d. t.*

*d. t. l. servis § 2. ff. de leg. 1. l. Stichus 36. de usufr. leg. 1. unum
67. § si rem 6. in fin. de leg. 2. l. 30. § 4. ff. de leg. 3. l. 71. § fin.
ff. de leg. 1. § 10. J. b. t. Pertinet huc quæstio, an mobiliū
legato generaliter facto pecuniæ comprehendantur,
quæ in domo vel capsâ testatoris reperiuntur, quod ma-
gis est, nisi pecunia illa fœnori vel emtioni, immobiliū
destinata sit. l. 79. § 1. de leg. 3. junct. l. 69. eo. t. l. 86. in
pr. de leg. 2. l. 27. § 3. de instructo vel instrum. legat.*

XVII.

Ejusdem farinae & hæc controversia est, utrum si
quis alicui bona sua mobilia, & omnia, quæ domo con-
tinētur, nullo excepto legaverit, nomina etiam debito-
rum eo legato comprehendantur? Id quod, nisi aliud
sensisse testatorem legatarius probet negamus. *arg. l. à
Divo Pio ff. de re judicat. arg. & l. quinto ff. de auro & ar-
gento legat. l. quam Tuberonis § in peculio ff. de peculio l.
chorus § 1. de legat. 3.*

XVIII.

At, quid dicendum, si testator ut fieri solet in te-
stamento uxorem suam dominam & fructuariā omni-
um bonorum simul relinquat alios vero heredes insti-
tuat, nunc quid uxori alimenta tantum relicta censen-
tur, an usus fructus? Distingve inter filios heredes scri-
ptos & extraneos; priori casu alimenta uxori tantum
debētur; posteriori verò usus fructus relictus censetur.
Dd. in l. Titia cum Testo § Titia cum nuberet ff. de legat. 2.

XIX.

Res quoq; incorporeæ, ut servitutis nomen libera-
tio, rectè legantur. *§ tam autem J. b. t. l. cetera 4. inpr.
de legat. § ult. J. de usufr. tot. tit. si servit. legat l. 44. §
6. de legat. 1. l. 88. § 8. de legat. 2. toto tit. de liberat
legat.*

*legat. Generali tamen liberatione aliarum rerum ad-
ministratores legata non comprehensa censentur ea,
quæ actione reali vindicari possunt. Vid. Dd. ordinariè
in l. 28. § 4. ff. de liberat. legat.*

X X.

Sed & res futuræ, si modo, vel actu vel potentiâ in
rerum natura sint legato in aliquem conferri possunt.
*§ ea qq. res 7. in v. si modo futura est J. b. t. l. quod in rerum
24. in pr. de legat. 1. l. 15. l. 17. ff. de legat. 3. 7. de tritic. vin.*
Hoc loco disputari potest utrum relicto legato rerum
futurarum si non existat tantum, quantum legatum est
an hæres ad præstationem totius teneatur? Affirmativa
sententia nobis non displicet. *per l. 27. § fin. ff. de leg. 3. l.
12. de aliment. & cibar.*

X X I.

Non tamen rectè res legatarii propria legato do-
natur, quia quod proprium est ipsius, amplius ejus fi-
eri non potest. Et licet ab illo alienata fuerit, neq; ta-
men res ipsa, nec ejusdem æstimatione debetur. *§ si rem J.
d. t. l. 13. C. eo. l. cetera 4. § testari 2. de legat. 1. l. Mevius
66. § non solum 3. de legat. 2. arg. l. possideri § ex pluribus 4.
de acq. poss. l. non ut ex pluribus 159. de R. J. l. 1. de R. Cat.
l. 291. de R. J. C. non firmatur 18. in 6.*

X X I I.

Sanè res aliena legato relinqui potest, non tantum
jure Justiniano, sed etiam Pontificio, quamvis non
pauci dissentiant, ita ut heres cogatur eam redimere &
præstare, vel si hoc facere nequeat æstimationem ejus
dare. *§ non solum J. b. t. l. 67. § 8. ff. de leg. 2. l. 10. C. eo. l. 40.
l. 114. § 5. eo. l. 39. in fin. de legat. 1. l. 12. de legat. 2. l. non du-
bium 14. § fin. de legat. 3. Dd. in c. filius ext. de testibus.*

Quod

XXIII.

Quod autem diximus, alienam rem posse legari, ita intelligendum est, si defunctus sciebat rem esse alienam; secus si ignorabat. Forsitan enim si scivisset, rem esse alienam, non legasset, & ita Divus Pius rescriptit. Coniunctis tamen personis etiam hoc casu legatum præstari debere, ubi simpliciter credebat testator rem esse suam, non dubitamus. *§ non solum ibi quod autem J. b. t. l. 10. C. eo. l. unam 67. § si rem 6. de legat. 2.*

XXIV.

Quid verò in dubio constituendum, præsumemusne scivisse testatorem rem esse alienam, vel ignorasse? Et verius est ut Martianus lib. 6. inst. scribit, ipsum qui agit, hoc est, legatarium probare debere scivisse alienam rem legare defunctum. *l. verius ff. de probationib. d. § non solum 4. J. b. t. ibi & verius est.*

XXV.

Et hæc tùm demum vera sunt, si rei legata sit commercium, hoc est, emendi, vendendiq; in vicem jus. Non igitur rectè legantur res sacræ, hortus Salustianus, campus Martius, forum Romanum, & similes. *d. § 4. b. t. l. 39. § fin. de legat. 1. l. mortuo 49. § Zabeo 2. de legat. 2. Vlp. in fragm. tit. 19. § commercium 4.*

XXVI.

Cæterùm si heredi, vel alii homini rei legata non est commercium, tùm heres vel ipsam rem si comparari possit vel æstimationem præstare tenetur. *d. l. mortuo bove § sed proculus 3. de legat. 2. l. 114. § 5. ff. de legat. 1.* Quod si legatarius rei legata careat commercio in tantum inutile est legatum, ut nec ejus æstimatio debeatur. *d. l. cum servus 39. § 1. l. mortuo 49. § 2. de legat. 2. arg.*

B

l. mul-

*l. multum 34. de v. tot. tit. C. ne Christ. manc. heret. vel
Jud. Hic tamen non distinguimus inter legata & fidei
commissa non item inter scientem & ignorantem te-
statorem, ut multi faciunt.*

X X V I I.

Ex his fit consequens, deberi æstimationem legatario,
quamvis cõparatio rei sit difficilis, ut si fuerit res Eccle-
siastica dotalis, vel pupillari legata. *arg. d. § 4. J. b. t. junct.
l. 39. § 2. ubi indefinite probat Ictus res alienas legari posse. ff.
de leg. 2. C. cum conting. 28. de jurejur. tot. tit. de rebus eorum.*

X X V I I I.

De feudo valdè controvertunt Feudistæ, utrum le-
gari possit; Nos illos verum sentire arbitramur qui
existimant feudum legari non posse, ideò ut nec æsti-
matio debeat. *Dd. in C. vn. de success. feud. C. un. § do-
nare quale olim feudum al. pot.*

X X I X.

Emphiteùsis tamen ut donari ita legari potest, nec
non res hostium. *arg. l. 71. § ult. ff. de legat. 1. l. 1. 39. § 7.
eo. l. 2. 19. de v. s. l. 14. § possessor qui satis dar. cog.*

X X X.

Porro relinquuntur legata & fideicommissa in qua-
vis ultima voluntate verbis quibuslibet tam specialiter,
quàm generaliter, quale legatum debetur, si testator
ejusmodi res in hereditate requirit, electione regulari-
ter penes legatarium existente. *§ sed non usq. J. b. t. l.
omane 2. C. comm. de legat. § praterea J. de fideic. her. § sed
ex constitutionib. 3. sed relatè J. b. t. quoniam 15. C. de test.
l. 49. l. is cui fundus 54. l. Mævius 66. § 3. ff. b. t. § si gene-
raliter 22. J. b. t. l. 71. in pr. ff. de legat. 1. l. cum post. 6. §
gener. socero ff. de jure dot. l. 71. in pr. ff. de legat. 2. l. servus*

108. § cum homo ff. de legat. 1. l. si cui simplicius 9. ff. de servit.
l. fin. § 1. C. com. de legat.

XXXI.

Et ab arbitrio testatoris dependet, utrum purè da-
re legare velit, an sub conditione. l. 1. § 1. in pr. ff. de
cond. & demonstr. l. omnia 32. in pr. de leg. 2. l. heres 79. § 1.
ff. de cond. & demonstr. Legatum autem sub conditione
relictum ea demum existente debetur; Vnde legatarius,
si ante conditionem existentem decedat, legatum ad
heredes non transmittit, secus quam est in contracti-
bus constitutum. l. si cum heres 4. ff. qu. dies legat. ced.
arg. l. 5. C. de condit. insert. § 4. J. de v. o.

XXXII.

Hoc loco elegantem nec minùs difficilem quæstio-
nem proponimus: An legatum dotis causâ factum sit
conditionale, an purum, an verò modale? Et conditio-
nale esse, verior est sententia. l. si 21. de v. o. l. 41. de jur.
dot. l. 3. l. 9. l. 48. de jur. dot. l. 31. l. 71. l. 91. de condit. &
demonstr. l. 24. C. de nupt. Nov. l. 123. c. 37.

XXXIII.

Frequens quoq; est illa controversia, nec à proposito
nostro aliena. Si testator legaverit uxori usumfructum,
sub conditione, si castè & vidualiter vixerit & post ejus
mortem Titio: Vtrum Titio, si uxor postea nubat sta-
tim debeat ususfructus? Id quod arbitramur.

XXXIV.

Legatum tamen ususfructus omnium bonorū uxori
relictum sub conditione si castè & honestè vixerit, &
non adjecto eo, si in viduitate permanserit, non amitti-
tur per transitum ad secundas nuptias. l. secunde C. de
viduit tollend. Dd. communiter in l. mulier § cum proponere
2. arg. illius textus ff. ad Sc. Trebell.

X X X V.

Interdum quoq; legatis pœna, dies & modus adjicitur, & quidem sub modo relictum legatum peti equidem potest, sed præstitâ cautione Mutiana de implendo, tot. tit. C. de his que pœn. nomine § fin. J. b. t. l. 40. § fin. ff. de condit. & demonstr. l. 1. § 1. ff. eo. l. 20. § 1. ff. de condit. & instit. l. 5. § 1. ff. qn. dies legat. ad. l. un. § cum igitur C. de cad. toll. l. eas 8. ff. de condit & demonstr. l. 19. ff. de leg. 3.

X X X V I.

Illud est difficile definire, utrum & quatenus in arbitrium tertii legatum conferri possit? Nos distinctione rem explicamus.

X X X V I I.

Aut in arbitrium legatarii confertur, & valet, aut in alterius tertii absolutam voluntatem, & validum non est. l. 52. ff. de condit & demonstr. l. 32. ff. de her. instit. Quomodo nec rectè in absolutum arbitrium heredis confertur. l. 8. ff. de O. & A. l. 7. § 1. ff. de reb. dub. conf. l. 11. § 7. de leg. 3.

X X X V I I I.

Effectus legatorum vel in eo potissimum consistit, quod rectâ viâ ipso jure à morte testatoris dominium in legatarium transit. Quod tamen verum non est, si vel res aliena fuerit legata, vel quantitas. Sed nec in alternativis legatis ante electionem dominium transfertur. l. 64. ff. de furt. l. si mulier 3. § si rem 2. ibi quod dominium nanciscitur statim de legat. 3. l. si post 50. Sita 1. qu. dies legat. legatum 80. de legat. 2. Dd. in l. 1. ff. de legat. 1. l. 1. de publ. in rem act.

X X X I X.

Diximus dominium in legatarium ipso jure transire,

fire, ut significemus aliter se rem habere in possessione. Nec potest legatarius hanc propriam auctoritate apprehendere, sed competentibus in eam rem actionibus utatur necesse est. *l. §. C. de legat. in pr. J. b. t. ibi ab herede prestanda l. 47. in pr. de legat. l. 116. eo. l. 1. & tot. tit. quod legator. l. 176. ff. de R. J.*

X L.

Competunt autem legatario legati persequendi causa una cum accessionibus & fructibus à tempore moræ, actio personalis, rei vindicatio & actio hypothecaria. § 2. *J. b. t. l. 1. C. com. de legat. l. si servus 108. § cum homo 2. de legat. l. 1. l. 69. § fin. l. 82. in pr. l. 91. § fin. de legat. l. 1. l. 29. § si heres de legat. 3. l. 84. l. 87. § 1. l. qui solidum 78. § etiam 2. de legat. 2. l. 2. § bellissimè ut legat. nom. cav. l. 92. de condit. & demonstr. l. in fideicommissum 3. us. ceterum in pr. de usur. Dd. in l. 39. § fructus b. t. quam tamen cave existimes in ipsa re legata, ut nonnulli crediderunt, competere. l. neq; pignus 45. ff. de R. J. l. si rem alienam 29. ff. de pign. act. l. 30. ff. de except. rei judic.*

X L I.

Valdè hic disceptari solet, utrum actio personalis cum hypothecaria rectè in eodem libello possit cumulari? Affirmativa, quæ notoria totius Germaniæ consuetudine est recepta, verior est. *arg. Nov. 4. c. 2. vers. contra.*

X L I I.

Superiori quæstioni difficultate non cedit illa controversia, utrum legatarii pro consequendis legatis paratam habeant ex Testamento executionem? id quod negamus. § *nostra autem J. b. t. d. l. 1. C. com. de legat. l. fin. C. de edict. D. Had. toll.*

XLIII.

Nunc videamus, quomodo legata vel infirmantur, vel diminuuntur. Infirmitur verò legata testamento infirmato; quamvis hodie si querela in officiosi testamenti testamentum rescindatur, legata salva remaneant. *Nov. 115, c. 3. in fin. & c. 4. in fin. Auth. ex causa C. de liber. praterit.* Hoc nonnulli extendunt ad præteritionem quæ ipso jure testamentum nullum constituit quibus cum non facimus. § 1. *J. de exher. liber. l. 17. junct. l. 1. ff. de injust. rupto l. inter cetera ff. de liber. Et posth. Namq. Nov. 11. § C. 3. ad præteritionem veram quæ testamentum ipso jure constituit nullum haud pertinet.*

XLIV.

Legatum quoq; exspirat, si testator vel expressè, vel tacitè illud revocaverit. *l. 32. § 3. de donat. inter virum ut ux. l. 17. C. de testament. tot. tit. de adin. l. 5. l. 18. l. 3. § fin cum similibus ff. d. t.*

XLV.

Vnde si testator nullâ necessitate urgente rem legatam alienaverit, legatum revocasse putatur, nec illud redintegrabitur, si forte testator rem legatam redemerit. *l. 18. ff. d. t. l. 15. ff. eo. l. 11. § 12. ff. de legat. 3. § 12. J. b. t. l. 22. ff. d. t. § tam autem J. b.*

XLVI.

Diminuuntur legata ex Lege Falcidia quâ heredibus hereditate ultra Dodrantem legatis vel fideicommissis particularibus onerata quartum detrahere licet. *l. cum filia 41. ff. de vulg. & pupill. substit. ubi gl. l. lex Falcidia 47. § nunquam ff. ad l. Falc. l. 1. ff. d. t. in pr. J. eo. l. in quantitate 37. § ergo ff. eo.*

Quæ

XLVII.

Quæ cum quarta hereditatis sit, apparet non imputari in eam, nisi quæ jure hereditario capiuntur, non quæ jure legati fideicommissi, vel conditionis implenda causa. *l. in quartam 91. ff. ad L. Falc. l. quod autem 74. ff. eo. l. pater ibi jure hereditario 14. ff. b. t. l. 42. ibi jure testamenti de vulg. pupill. substit. l. 24. C. fam. Ercisc. l. qui non militabat ff. d. t. l. 76. ff. eo. l. in ratione 30. § tametsi.* Unde difficilis enascitur quæstio; Anne prælegata quæ partim à coherede, partim ab herede ipso inutiliter sunt relicta pro portione heredis gravati in Falc. impotentur. Negant hoc multi, quibus non subscribimus. *l. 18. § ult. ff. de his quib. ut indign. arg. miles 75. § ult. l. 77. in pr. ff. de legat. 2. l. si Titius 96. ff. de legat. 3. l. 58. § 3. ff. ad SC. Trebell. l. 25. § ult. cum seq. ff. fam. Ercisc. l. in ration. 11. in pr. l. ex asse 52. § 1. ff. ad L. Falc. l. in duplicib. 78. ff. d. t. l. non esse dubium 90. cum seqq. d. l. 78. d. t. l. plane § 17. l. 116. § 1. ff. de legat. 1. l. 74. ff. ad l. Falc.*

Corollarium.

Mandatarius regulariter ex naturâ contractus mandati levissimam culpam præstat negotiorum gestor ex natura quasi contractus non æquè.

F I N I S.

emigmate qle in hac tona in dem

par. 3 no totat p hie in m 100

Handwritten text in a Gothic script, likely a list or index, visible on the right edge of the page.



Handwritten text at the top edge of the page, including the name "Albrecht" in red ink.

01 A 6518

ULB Halle 3
 002 937 514



VD 17

Reise ✓

Handwritten text at the bottom edge of the page.



Handwritten Latin text in a medieval script, likely Gothic or Carolingian minuscule. The text is arranged in approximately 25 lines. A large, decorative initial letter 'B' is visible in the lower third of the page, marking the beginning of a new section. The text is written in black ink on aged, yellowish parchment.

Handwritten marginal notes in the left margin, including the word 'Locus' and other illegible script.


Handwritten marginal notes in the bottom left corner, including the word 'Locus' and other illegible script.

Handwritten marginal notes in the right margin, including the number '21'.

Handwritten marginal notes in the right margin, including the number '11'.

Handwritten number '1537' in the right margin.





WILHELMUS...
Alte...
18...

XXIX.

DISPUTATIO JURIDICA
De
TESTAMENTI
accessoriis, legatis, & fideicom-
missis particularibus,

Quam
DEO VOLENTE

Præside
Dn. LEOPOLDO HACHELMANNO
J. U. D. & Facultatis Juridicae
Ordinario, &c.

In Collegio Ictorum ad diem 5 Maij publi-
co examini submitto,

FRANCISCUS A TROTTA,
Eq. Misn.



TYPIS LAMBERGIANIS,
Excudebat Johan Glück/

M. DC. XIV.

